



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 42. Congregationes generales pro disciplinæ, ac dogmatum examine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

eo, quod odiosa anathemata vibraren- Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
tur: porro de dogmatibus, purgato-  
rium, indulgentias, invocationem san-  
ctorum, ac Sacras imagines concer-  
nentibus perpensum est, multa reperiri  
in prioribus Conciliis, aliquid tamen  
de his in hac quoque Synodo dicen-  
dum esse, ut veteres, pravæque con-  
suetudines corrigantur: præsertim vero  
de imaginibus protulit Lotharingius  
Cardinalis quoddam Sorbonæ Decre-  
tum, quod ab illis Patribus magni-  
pere probatum est. Postridie habiti  
sunt Conventus, & Legati una cum  
Lotharingio die decima quarta Novem-  
bris statuerunt, quod duntaxat de dog-  
matibus, quæ jam fuissent exhibita, a-  
gendum esset, ac de ipsis nonnisi juxta  
formam, de qua jam antea dictum:  
quare accitis ad se nonnullis Patribus  
susceptum consilium eis aperuerunt, &  
quinq[ue] Prælatos pro quolibet argu-  
mento selegerunt, eis injungentes, ut  
ipsi una cum quinq[ue] Theologis paucos  
intra dies Decreta conficerent.

### §. XLII.

*Congregationes generales pro disci-  
plinæ, ac dogmatum examine.*

**R**ebus omnibus ita dispositis inchoati  
„sunt die decima quinta Novembbris  
coetus generales, bis in die habiti,  
ubi

Pallav. t. 3.  
num. 1.

**Sæcul. XVI.****A.C. 1563.**

ubi agebatur de quatuordecim disci-  
plinæ reparandæ articulis, qui super-  
erant: cum vero festinandi voluntas  
suaderet necessaria distinquere a su-  
pervacaneis, hinc ea brevitas, prius  
haud consueta, sicut adhibitia, ut die  
decima octava ejusdem Mensis suam  
quisque sententiam proferre posset: ea-  
propter Moronus Legatus hanc Patrum  
promptitudinem admiratus, paucis hæc  
exposuit: „incassum Patres adhibue-  
runt studia, ut pertraherent ad Conci-  
lium hæreticos, cum econtra præstan-  
tissimi fructus ab eo sperari possint, si  
declarentur dogmata, ac restituatur  
disciplina: equidem majora fortasse  
desiderari a Synodo possent, sed nos  
homines, nec Angeli sumus, & pro  
temporum conditione minus bonum  
eligi debet, dum majus obtineri non  
valet: ceterum Deus forsitan, ut exe-  
cutionem rerum decretarum, necnon  
indefessum Patrum studium, atque  
piam eorum voluntatem remuneretur,  
semitam ad meliora ostendet: pauca  
autem illa, quæ adhuc expedienda  
supersunt, privato studio, privatisque  
colloquiis adeo bene, atque ex-  
acte discussa videntur, ut diuturna di-  
sputatione publica non indigeant: ca-  
put quoque de Principibus emenda-  
tum est: tenentur autem Patres, ut  
„Princi-

"Principes per exempla potius , quam Sæc. XVI.  
"per pœnas, & anathemata ad pie- A.C. 1563.  
"tatem provocent: cum igitur futura  
"Sessione possint omnia confici, nil,  
"quo minus Synodus absolvatur, ob-  
"stante videtur.

### §. XLIII.

#### *Novi articuli a variis Præfulibus propositi.*

Postquam plures Prælati hoc pacto  
suas sententias promebant, quatuor *Pallav. c. 3.*  
*num. 3. & 4.*  
nova proponebantur capita, quæ Bartho-  
lomæus de Martyribus Bracarensis Ar-  
chiepiscopus discuti petebat: porro eo-  
rum primum moderationem, ac fruga-  
litatem vivendi, & distributiones  
proventuum Ecclesiasticorum Episco-  
pis præscribendas concernebat: secun-  
dum autem de decimis, quas Laici  
possidebant, agebat, ac tertium anathe-  
matum, ac censoriarum moderationem  
spectabat, quartum autem tractabat  
de constituendo Archivo in singulis Ec-  
clesiis, ubi publicæ tabulæ asservarentur.

### §. XLIV.

#### *Variae opiniones circa frugalitatem Episcoporum.*

Præterea viginti duo capita ad Re- *Pallav. n. 5.*  
gulares universim reformatos pro- *6. & 7.*  
posita sunt, necnon octo alia, quæ pe-  
culia-